



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Tredecim in stimuli animam ad perfectionis studium excitantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PROLOGVS.

Ede modo, quo quàm citissimè ad eum redire possis, instruam. Quod negotium quamuis humeris meis impar sit, pro illius tamen, & tui pariter amore libens aggrediar.

*Docet me-
thodum in
anima im-
ginem Dei
reformandi.*

Verum priusquam methodum quo id perfici debeat explicem. Primum stimulis quibusdā ad cursum te perurgebo & extimulabo. Deinde speculum, in quo omnes maculas & deformitates tuas intueri, easque cognitās abluere & mundare valeas, exhibebo.

*Stimuli aliquot animam ad perfecti-
onis studium excitantes.*

AV D I igitur Anima negligens, quæ profectus tui nullo desiderio teneris, ac perfectionis fastidium floccipendis: sed sufficere tibi, ais, ea quæ ad salutem consequendam necessaria sunt: tredecim te stimulis aggrediar, vt periculum faciam, num ad cursum impellere, atque ad perfectionis semitam ambulandam, te inducere, opinionemq; conceptam tibi euellere possim.

Stimu-

PROLOGVS.

Stimulus PRIMVS: Considera *Qui minima*
naturam humanam adeò fragilem *peccata neg-*
& ad malum procliuem esse: vt qui *ligit, paula-*
deliberatè ac firmiter secum nõ sta- *tim in gra-*
ruit; non tantum peccata sed occa- *uora labi-*
siones etiam peccatorum defugere, *tim.*
ac cum seruore Deo seruire, facilli-
mè in flagitium, etiam contra vo-
luntatem, labatur; Exempli causa: Si
quis dicat sibi sufficere peccatũ car-
nis vitare, nec cogitationes ac verba
carnalia, cæterasque libidinum oc-
casiones abscindat, in magno discrimine illius peccati committendi
versatur. Qui enim minima negligi-
git, paulatim decedit.

Stimulus SECUNDVS: Expende *Quilibet ob-*
tecum fidem quæ verissima & indu- *ligatus est*
bitata est dicere, quemlibet Chri- *ad perfecti-*
stianum obligatum esse pro virili *onem tende-*
profectui studere; vt eò perfectius *re, vt tantò*
Deum honoret: qui tantò maiori ab *amplius ho-*
homine honore afficitur, quantò is *noret Deũ.*
vitæ sanctimonia & integritate præ-
cellentior est.

Stimulus TERTIVS: Perpen- *Qui non est*
de Deum cum sit infinita bonitatis *solicitus de*

A 4

& per-

PROLOGVS.

perfectione & perfectionis, di- num esse qui à
adipiscenda, nobis sine fine, ac mensura honore-
non honorat tur, ac colatur: Is autem qui totis
Deum quan- viribus ad perfectionem non ten-
tum potest. dit, sed vulgari probitate contentus
 est, nō honorat Deum quantum pos-
 set, & quantum dignus esset hono-
 rari & coli summus ille Deus; qui
 nostri causa vsque ad se humilia-
 uit, vt humana carne vestiri, mor-
 temque ignominiosissimam & tur-
 pissimam pro nobis experire non
 dubitauerit. Quare qui in anniti-
 tur toto pectore, vt Dei amore mun-
 dum & immaculatū se ab omni fla-
 gitiorum impuritate conseruet, quo
 illi gratum præstet obsequium, ni-
 mis ingratum se tanto benefactori,
 qui tantis ipsum muneribus decora-
 uit, tantaque benignitate profecu-
 rus est, demonstrat.

Marc. 12.
Deum toto
corde dili-
gendus.

Stimulus QVARTVS: Sublimi-
 tatem & difficultatem diuinorum
 mandatorum tecum reuolue: Quo-
 rum hoc præcipuum est. *Diliges Domi-*
num Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota
anima tua, ex tota mente tua, & ex tota
virtute

PROLOGVS.

virtute tua. Quibus verbis non exigitur à nobis vulgaris probitas, sed totius probitatis & sanctimonix perfectio. Quemadmodum alibi Christus ait: *Estate ergo vos perfecti,* *Matth. 5.*
sicut Pater vester celestis perfectus est.
Et S. Paulus. *Imitatores Dei estote sicut filij charissimi.* Et S. Ioannes. *Qui sanctus est sanctificetur adhuc.* *Ephes. 5.*
Hæc autem qua ratione implentur ab anima negligente, nec pro virili ad perfectionem tendente? *Apo. 22.*

QVINTVS Stimulus: Considera *Beneficiorum*
quantis præter insignia illa beneficia *dignorum*
Creationis & Redemptionis, Deus *consideratio,*
præterea beneficijs te sibi obligauerit. *calcar homini ad perfectionis studium addit.*
Quod si ritè perpendas, fieri non potest, vt adeò frigida sis, quin nõ accendaris amore erga tantum benefactorem, qui visibilia & inuisibilia cuncta tui amore condidit: qui etiam si tu sola in mundo existeres, tui solius causa coelos, elementa, cæterasque creaturas, imò & Angelos, vt tuo ministerio seruirent, creasset. O amorem Dei erga nos effusissimum. O execrandam nostram ingratitude.

A 5 dinem.

PROLOGVS

dinem. O amorem immensum qui Deum tam multa pro nobis facere ac perpeti coegit. O nostram ingratitude, qui amorem eius paribus officijs rependere non studemus. O amorem Dei qui non contentus hac munificentia, seipsum nobis reseruat in præmium in cælesti gloria. O inauditam nostram ingratitude, qui hanc foelicitatem parui- pendimus, tepidè & oscitâter viam Dei perambulamus, nec inflamma- to animo ad supernam illam beati- tudinem tendimus, de qua scriptum est: *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ & quanta præparauit Deus diligentibus se.*

1. Cor. 2.

*Qui ad per-
fectionem
toti viribus
non tendit,
aliquo modo
delectatur
in surpitudi-
ne peccati.*

SEXTVS Stimulus: Peccati de-
formitatem & virtutis pulchritudi-
nem tecum pertracta: quorum illud
animam foedè commaculat, hæc ve-
rò infignem ei decorem addit: Dum
itaque vniuersa peccata etiam veni-
alia pro posse non vitas, sed conten-
tus es à mortalibus tantummodo
abstinere: nec ad perfectionem totis
viribus tendis, aliquomodo in vi-
tiorum

PROLOGVS.

tiorum deformitate delectaris, nec illam quam debebas summi & infiniti boni rationem habes. Vtinam multitudinem & immanitatem scelerum tuorum perspiceres, utique tempus reliquum bonis operibus redimere satageres, nec plura prioribus peccatis adiungeres. Et certè quando tandem pro antea actis criminibus satisfacies, qui onus tuum indies nouis sceleribus aggrauas, nec in via Dei proficere studes? *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est.* *Psalm. 119.* aiebat Propheta Regius, partim quod vehementer metueret ne in flagitium aliquod laberetur, partim quod ingenti desiderio summi boni flagraret. Quo & S. Paulus tenebatur cum ait: *Cupio dissolui & esse cum Christo.* *Philip. 1.*

SEPTIMVS Stimulus: Perpende *Opera San-* diligenter quàm præclara Sancti e- *ctorum ad* gerunt, qui nullam sibi à pijs actio- *perfectio.* nibus requiem concesserunt, consi- *nem nos si-* derantes quod in via Dei non pro- *molant.* gredi retrogredi est.

OCTAVVS Stimulus: Considera
A 6 quàm

PROLOGVS.

*Qui secum
considerat
hostium suo-
rum poten-
tiam et fru-
des, perfe-
ctionis stu-
dium non
contemnet.
Prover. 24.*

quàm potentes & omnibus ad no-
cendum artibus instructissimi sint
aduersarij nostri: Diabolus, Caro &
Mundus. Præterea cogita, Sanctos
qui cautissimi & circumspectissimi
fuerunt, tota industria & viribus
suis, non potuisse ita cautè in hoc
mundo vitam exigere, quin non in
multos sæpè defectus laberentur, vt
enim ait Sapiens. *Septis in die cadit
iustus.* Quanto itaque tu infoelix A-
nima frequentius in scelera graua
rues, quæ cum sis imperfecta, perfe-
ctionis studium nihili pendis?

*Qui secum
considerat
diuinorum
iudiciorum
profundita-
tem, ad per-
fectionem
pro posse
contendet.
1. Pet. 4.*

NONVS Stimulus: Diuinorum
iudiciorum profunditatem & di-
uersitatem à iudicijs hominum, at-
tende: quandoquidem homines se-
cundum extrinsecam tantummodo
speciem, Deus verò secundum veri-
tatem iudicat. Si ergo Dei iudicia
adeò secreta ac tremenda sunt, vt
Scriptura dicat: *Si iustus vix saluabitur,
impius & peccator vbi parobit?* Quomo-
do tu Anima negligens audes dice-
re, communem tibi viuendi modum
ad salutem sufficere? Caue igitur tibi
mise-

PROLOGVS.

miseria, & nunc mentis oculos aperiri, ne postea errorem tuum acerbis lachrymis nequicquam deplores.

DECIMVS Stimulus: Memineris te aliquando à corpore separandam, & diuino iudicio sistendam esse: sed quomodo, quando & vbi ignorare: An non igitur tibi vigilandum ac sollicitè attendendum est, ne imparatam te mors adoriatur? *Vigilate* ait Christus, *quia qua hora non putatis filius hominis venire. Vigilate quia nescitis diem neque horam.*

Mortis certitudo & temeritas incertitudo efficacitas sunt ad perfectionem stimuli.
Luc. 12.
Matt. 25.

VNDECIMVS Stimulus: Considera iustitias nostras esse, tanquam pannum mulieris menstruatae: Si ergo opera nostra bona sunt adeò imperfecta, & innumeris maculis contaminata, cur non totis viribus laborabimus, vt minus imperfecta & maculata sint? Expergiscere igitur Anima: excutere de somno pigritiae, quantum eniti potes tantum fac vt ad perfectionem tendas, quia licet totis conatibus eo feraris, nihilominus multis adhuc imperfectionibus plena eris.

Consideratio imperfectionis operum nostrorum, hominem ad perfectionis studium excitat.



14 PROLOGVS.

DVODECIMVS Stimulus: Recordare Dei iudicia profunda esse, multosque qui primum insigni sanctimonia & morum integritate vitam exegerant, postea lapsos esse. Redeat tibi in mentem illius Sancti Patris, cui Hiero nomen, memoria: qui tantæ abstinētiæ vir extitit, ut omnes alios longè anteiret, & vix post multos dies pane & aqua se reficeret: nec de abstinētiæ suæ rigore ipso solenni Paschæ die quicquam relaxaret: somni adhuc parcissimus: vilitatis vestimentorum amantissimus: Hic tandem post quadraginta annorum labores, Dæmonis astu in fraudem inductus, & ut in puteum se præcipitem daret persuasus fuit: quo præcipitio mortem sibi consciuit: quod idcirco ei euissè creditur, quod nimio plus iudicio sui capitis inhareret. Itaque si hanc solam ob causam, tali pœna mulctatus fuit, quis non videt insignis amentia indicium esse, quod dicas: sufficere tibi communem prohibitatem, de perfectionis autem culmine

*Exemplum
terribile cuiusdam S.
Patris post
multa sanctitatis indicia, in puteum se præcipitans.*

PROLOGVS. 15

mine & sanctitatis titulo, non mag-
nopere laborare?

DECIMVS TERTIVS Stimulus: Si prædicti stimuli te nihil
ad feruorem promouent: Considera demum infernalium poenarum
immanitatem & acerbicatem, in
quibus Anima non tantum de gra-
uioribus, sed etiam leuioribus cri-
minibus acerrimè cruciatur, atque
igni æterno atq; inextinguibili tor-
quetur: *Ignis enim eorum non extingue-
tur, & vermis eorum non morietur.*

*Inferni poe-
ne efficaces
ad perfecti-
onem stimu-
los addunt.*

Quapropter Anima, firmiter &
feriò statue poenitentiae operibus
Deum tibi propitium reddere, &
corpus tuum quod tibi quidem a-
micissimum esse videtur, sed iura-
tissimus hostis tuus est, edomare.

Isa. 66.

*Exhortatio
anime tepi-
de & negli-
gentis.*

Expergiscere Anima, & propone
totis viribus IESV Christo sponso
tuo, præcipuo tui amatori, famulari:
eiusque obsequijs te totam impen-
dere: Nunquid non ipse est pulcher-
rimus? *Speciosus forma præ filijs homi-
num.* Nunquid non dignus est omni
seruitio, qui pro te homo factus est?

Psal. 44.

Ex.

16 PROLOGVS.

Philip. 2.

Isa. 53.

Emaniuit semetipsum formam serui acci-
piens, & habitu inuentus vt homo. Qui pro
te mortē subiit & vulneratus est propter
scelerā nostrā, attritus est propter iniquita-
tē nostrā, cuius liuore sanati sumus.

Anna itaque pulcherrimum hunc
IESVM.

Serui dulcissimo IESV.

Placere stude optimo IESV.

Inuoca IESVM.

Desidera IESVM.

Amplētere IESVM.

Adhære IESV.

A latere IESV nunquam discede.

In IESV solo voluptatem quere.

IESV soli obsequium gratū præ-
stare stude.

Et ego amore huius IESV, insig-
ne ac perlucidum tibi speculū pro-
ponam in quo te possis cōtemplari,
vt maculis quæ te oculis sponsi tui
IESV deformē & minus acceptam
reddunt, inspectis, eas eluas & per-
purges, quo ipsi placere, & nitida
coram eo apparere valeas.

Laus & honor sit IESV.

IESVS sit nobiscum, Amen.

IN